Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



12 19

Hec dicit dñs Propter syon nõ tacebo et
ppter ierlm non quiescã donec egrediatur ut
splendor iustus eius et saluator eius ut lampas
accendatur Et uidebunt gentes iustũ tuũ et
cuncti reges inclytũ tuũ Et uocabitur tibi nomẽ
nouũ quod os dñi nominauit Et eris corona glorie
in manu dñi: et diadema regni in manu dei tui
Non uocaberis ultra derelicta: et terra tua non
uocabitur amplius desolata sed uocaberis uoluntas
mea: et terra tua inhabitabitur: quia cõplacuit
dño in te Ad Romanos

Frres Paulus seruus iesu xpi uocatus apls
segregatus in euangelium dei quod ante promisit
per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo:
qui factus est ei ex semine dauid secũdũ carnem
Qui predestinatus est filius dei in uirtute secũdũ
spũ sanctificationis ex resurrectione mortuorũ
iesu xpi dñi nri Per quẽ accepimus gratiam et apo
stolatum: ad obediendũ fidei in omnibus gentibus
pro nomine eius in quibus estis et uos uocati iesu xpi
dñi nri Gra Hodie scietis quia ueniet dñs et saluabit
nos et mane uidebitis gloriam eius V Qui regis israel intende
qui deducis uelut ouem ioseph qui sedes super cherubim appare
coram ephraim beniamin et manasse Si uigilia nat dñi
in dñica ueniet cantetur Alla V Ecce dñe Sim
Cum esset desponsata mater iesu Matheum
maria ioseph: antequam coirent inuenta est
in utero habens de spũ sancto Joseph aut uir eius
cum esset iustus et nollet eam traducere: uo
luit occulte dimittere eam Hec autem eo cogitante
ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicẽs.